Flavigny Pa+Ko 6 (lat)

QUI MONASTERIO IN PROPRIO EDIFICAT[a] QUALITER CARTAM[b] FATIAT[c]

[1]Antiqua legum auctoritas et principum decreta sanxerunt, ut unusquisque[d] dum manet in corpore, de propria, quam possedit facultatem, voluntatem suam litteris[e] inserat, ut perhennis[f] temporibus inviolata permaneat.

Quapropter, dum non habetur incognitum, qualiter ego **ille** unacum consensu[g] gallearum pontificum[h] in[i] re mea propria, quam[j] ex successione parentum meorum mihi obvenit[k] monasterium in honore sancti **illi**[l] edificavi in loco nuncupante **illo**, in pago **illo**, in fine **illa**, et constituimus ibi abbatem nomine **illo**, qui ibidem sancto[m] ordine Deo auxiliante gubernare faciat et suis monachis ibi constituat[n] et[o] per eius ordinatione ipse sanctus ordo perpetualiter sit institutus et conservatus, propterea donamus et donatumque in perpetuum esse volumus ad iam nominato monasterio sancti **illius** vel ad abbate **illo** ipsum locum, hubi[p] ipse monasterius est constructus, cum omnis adgecenciis[q] et adpendiciis suis et locella seu colonicis in villas **illas**, in pago **illo**. Ista omnia, que[r] superius memoravimus[s] cum omnibus[t] adgecenciis[u] vel adpendiciis eorum, quantumcumque ibidem tenere vel possidere videmur per qualibet adtracto[v] totum et ad integrum, cum omni superpositum, ad[w] die praesenti[x] in honore sancti **illius** pro remedium[y] anime meae vel aeterna salute dedimus; cum domibus, edificiis[z] mancipiis, acolabus, libertis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, strumenta cartarum, libris vel vestimenta seu et ministeria aecclesiae[aa] movilibus[ab] et inmovilibus, omni rem inexquesitam[ac] quicquid dici aut nominare potest, totum et ad integrum ad suprascripto monasterio vel iamdicto abbati[ad] cum monachis suis perpetualiter protegente Domino tradimus[ae] ad possidendum.

Dum omnis[af] praesolis[ag] et nobilis[ah] personis, conprovincialibus[ai] nostris, cognitum est, quod ego **ille** in mea re[aj] propria iam nominatum monasterium[ak] edificavi vel cenubiolo[al] sancto ibi constitui propter Deum, vel quicquid exinde facere volo praesenti tempore, in omnibus mihi maneat libera potestas[am] propterea per praesentem[an] paginam cum consensu supramemoratus[ao] pontificis constituo, ut nullus episcopus ulius[ap] civitatis aut archidiaconus vel quilibet ex clero aut actores aecclesiae nullum ibidem praesummant[aq] exercere dominatum, non ad mansionaticos aut repastos exigendo, non ad ministeria discribendo, non ad abatem[ar] mittendum. Cum vero necesse fuerit, crisma petire, tabulas aut altaria consecrare, sacris ordinibus benedici[as] abbas vel monachi ibidem consistentes a quocumque de sanctis episcopis sibi elegerint, qui hoc agere debeat; licencia sit eis expetire et illi hoc benedicere vel consecrare. Si vero caritate exigente pontifex quilibet ab abbate loci illius ibi[at] fuerit invitatus, simpliciter, que[au] ei a fratribus offeruntur, accipiat; nulla exenia vel munuscula amplius eis quirat[av] neque de omnes rebus[aw] ipsius monasterii nullam habeat potestatem[ax]

Cum vero abbas ipsius loci acceperit transitum, quemcumque de semetipsis monachi ibidem habitantes secundum regulam[ay] sancti Benedicti meliorem invenerint; ipsum abatem[az] ibidem constituant. Quod si ipse[ba] de se ipsis talem non invenerint, cum communi consilio illi[bb] sanciores[bc] monachi, aliunde regulare abbate, qui eos sub[bd] regula sancti Benedicti regat, elegendum in eorum maneat potestatem[be] Quod vero Deus avertat, ne ibi sanctus ordo tepiscat et ipse abbas hoc emendare non praevalet aut neglegет[bf] potestas maneatur[bg] ipsis monachis, ubicumque in proximis[bh] monasteriis reccius[bi] et sanccius[bj] secundum regulam sancti Benedicti invenerint, expetere et per eorum salubri consilium[bk] ipsum sanctum ordinem regulariter emendare.

Flavigny Pa+Ko 6 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:flavigny.form1_006.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-10-18

Quod si pontifex vel aliquis[bl] ex aecclesiasticis[bm] ministeriis[bn] quislibet[bo] vel aliqua emissa persona contra ipso abbati vel eius congregatione de suprascriptos ordines vel benediccionibus[bp] vel de rebus meis[bq] propriis monasterii[br] per qualecumque strumento aut quocumque[bs] modo ad ipsa casa fuit vel inantea fuerit deligatum[bt] additum, commutatum[bu] vel concessum[bv] vel quicquid[bw] ad ipso monasterio vel ad[bx] eorum homines pertenit[by] aliquid calumniare[bz] aut inquietare uel per qualibet ingenio minuare temptaverit[cacb] a glorioso domno, quem tunc[cc] Deus regnum Borgundiae[cd] gubernare permiserit, hoc protenus[ce] emendetur[cf] Preco[cg] igitur glorioso domno, quem temporibus modernis et futuris successoribus[ch] Deus[ci] regnum Burgundiae[cj] gubernare permiserit[ck] et per Dei tremendum iuditium[cl] adiurare praesumo, ut praesentem paginam vel facta mea vel[cm] iamdicto cenubiolo[cn] meo sua fortitudo contra omne adversitate pro mercede sua[co] post Deum iubeat defensare atque soledum[cp] in omnes[cq] custodire, ut nulatenus ab infestacione[cr] malorum hominum possit[cs] inrumpi[ct] set[cu] dilectet ibidem[cv] abatem[cw] vel sacerdotibus seu monachis ibidem[cx] consistentibus pro vita ipsius et filiorum eius vel exercitu[cy] eius[cz] et omni populo catholiquo[da] quieto ordine Dominum supplicare[db]

Si quis vero quod futurum[dc] ...

---

[a]EDIFICAT] AEDIFICAT *Ko₂*
[b]CARTAM] CARTA *Ko₂*
[c]FATIAT] FACIAT *Ko₂*, *Zeu*
[d]unusquisque] unusquis *Ko₂*
[e]litteris] literis *P₃*, *Zeu*
[f]perhennis] perenis *P₃*, *Zeu*
[g]consensu] consensu vel voluntate *Chart. Flav. 58*
[h]pontificum] pontificem *P₃*; pontificum *Ko₂*, pontificum *emendiert auch Zeu anhand der Ausgabe Pardessus, S. 400*; pontificis *Chart. Flav. 58*
[i]in] *doppelt P₃*
[j]quam] quae *Ko₂*
[k]obvenit] evenit *Ko₂*
[l]illi] illius *Ko₂*
[m]sancto] *Zeu verzeichnet anhand der Ausgabe Pardessus, S. 400 die Variante* secundum ordine
[n]suis … constituat] suos monachos ibi instituat *Chart. Flav. 58*
[o]et] ut *Chart. Flav. 58*
[p]hubi] ubi *Ko₂*
[q]adgecenciis] adiacentiis *Ko₂*
[r]que] quae *Ko₂*
[s]memoravimus] nominavimus *Ko₂*
[t]omnibus] omnis *Ko₂*
[u]adgecenciis] adiacentiis *Ko₂*
[v]adtracto] adtractu *Ko₂*
[w]ad] a *Ko₂*
[x]praesenti] presenti *Ko₂*
[y]remedium] remedio *Ko₂*
[z]edificiis] aedificiis *Ko₂*
[aa]aecclesiae] acclesiae *P₃*, aecclesiae *Ko2*, ecclesiae *emendiert Zeu*
[ab]movilibus] movilibus omnibus *Ko₂*
[ac]omni … inexquesitam] omnem rem inexquesita *Ko₂*
[ad]abbati] abb̅ *P₃*
[ae]tradimus] tradidimus *Ko₂*
[af]omnis] omnibus *Ko₂*
[ag]praesolis] *lies* praesolibus; praesulis *Ko₂*
[ah]nobilis] *lies* nobilibus
[ai]conprovincialibus] comprovincialibus *Zeu*

Flavigny Pa+Ko 6 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:flavigny.form1_006.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-10-18

[aj]mea re] rem meam Ko_2
[ak]nominatum monasterium] nominato monasterio Ko_2
[al]cenubiolo] coenobiolo Ko_2
[am]mihi … potestas] maneat libera potestas mihi Ko_2
[an]praesentem] *verbessert aus* praesen[...]tempore P_3
[ao]supramemoratus] supramemoratis Ko_2
[ap]ulius] illius Ko_2
[aq]praesummant] praesumant Ko_2
[ar]abatem] abbatem Ko_2
[as]sacris … benedici] sacros ordines benedici *Chart. Flav. 58*; *Zeu verzeichnet anhand der Ausgabe Pardessus, S. 400 die Variante* sacros ordines benedicere
[at]ibi] ibbi Ko_2
[au]que] quae Ko_2
[av]quirat] querat Ko_2
[aw]de … rebus] de omnibus de rebus Ko_2
[ax]potestatem] *Chart. Flav. 58 schließt nach* potestatem *bereits eine Pönformel an:* Quod si pontifex ... minuare temptaverit. Nec hoc valeat vidicare ... possidendum
[ay]regulam] et regula Ko_2
[az]abatem] abbatem Ko_2
[ba]si ipse] = si ipsi; sibi Ko_2; si ibi *Chart. Flav. 58*; *Zeu verzeichnet anhand der Ausgabe Pardessus, S. 401 die Variante* si ibidem
[bb]illi] illis Ko_2
[bc]sanciores] santiores Ko_2
[bd]sub] secundum *Chart. Flav. 58*
[be]potestatem] potestate Ko_2
[bf]negleget] neglegit Ko_2
[bg]maneatur] maneat Ko_2
[bh]proximis] propriis P_3; proximis Ko_2, *Chart. Flav. 58 (vgl. dazu auch Flavigny Pa+Ko 7:* quemcumque sibi elegerint de proximis monasteriis*); Zeu, der nur* P_3 *kennt, schlägt vor* propriis *als* propinquis *zu lesen*
[bi]reccius] rectius Ko_2
[bj]sanccius] sanctius Ko_2
[bk]consilium] consilio Ko_2
[bl]aliquis] aliquis quislibet *Chart. Flav. 58*
[bm]aecclesiasticis] ecclesiasticis Ko_2
[bn]ministeriis] ministris Ko_2, *Chart. Flav. 58*
[bo]quislibet] *fehlt Chart Flav. 58*
[bp]benediccionibus] benedictionibus Ko_2
[bq]meis] *Zeu verzeichnet anhand der Ausgabe Pardessus, S. 401 das fehlen des* mei
[br]vel … monasterii] *fehlt Chart. Flav. 58*
[bs]quocumque] qualiscumque *Chart. Flav. 58*
[bt]deligatum] diligatum Ko_2
[bu]commutatum] cummutatum Ko_2
[bv]concessum] *verbessert aus* conversum P_3
[bw]quicquid] quid P_3, Zeu
[bx]ad] *fehlt Chart. Flav. 58*
[by]pertenit] pertinet Ko_2
[bz]calumniare] caluminare *Zeu*
[ca]Quod … temptaverit] *Der Wortlaut findet sich in Chart. Flav. 58 nicht an dieser Stelle. Die Urkunde von Wideradus bietet die Formulierung bereits vorher als Teil der Pönformel nach* habeat potestatem.
[cb]temptaverit] *Zeu verzeichnet anhand der Ausgabe Pardessus, S. 401 das fehlen des* temptaverit; *Pardessus druckt jedoch* tentaverit
[cc]tunc] tō P_3; tunc Ko_2, tunc *emdiert auch Zeu*
[cd]Borgundiae] Burgundie Ko_2
[ce]protenus] protinus Ko_2
[cf]a … emendetur] *fehlt in Chart. Flav. 58*
[cg]Preco] precor *Chart. Flav. 58*
[ch]successoribus] successionibus Ko_2; succedentibus *Chart. Flav. 58*

[ci]Deus] Dei *Chart. Flav. 58*
[cj]Burgundiae] *fehlt* Ko_2
[ck]permiserit] permiseris P_3, permiserit *emendiert Zeu, vgl. auch* permiserit *Chart. Flav. 58*
[cl]iuditium] iudicium Ko_2
[cm]vel] ex *Chart. Flav. 58*
[cn]cenubiolo] coenubiolo Ko_2
[co]mercede sua] mercede sua vel regni sui stabilitati *Chart. Flav. 58*
[cp]soledum] solidum Ko_2
[cq]omnes] omnibus Ko_2
[cr]infestacione] infestatione Ko_2
[cs]possit] posset Ko_2
[ct]inrumpi] erumpi P_3, *Zeu*
[cu]set] sed Ko_2, et *Chart. Flav. 58*
[cv]ibidem] *fehlt Chart. Flav. 58*
[cw]abatem] abbatem Ko_2
[cx]ibidem] *fehlt* Ko_2
[cy]exercitu] exercitui *Chart. Flav. 58*
[cz]eius] *fehlt* P_3, *Zeu*
[da]catholiquo] catholico Ko_2
[db]supplicare] subplicare Ko_2
[dc]quod futurum] *fehlt* P_3; *in Chart. Flav. 58 folgt eine überaus umfangreiche Pönformel* (esse non credo... roborandum)*, eine Zeugenliste und eine Datumszeile*

---

[1]*Grundlage: Chart. Flav. 58*

Flavigny Pa+Ko 6 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:flavigny.form1_006.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-10-18